Fragmentarium

Iam mortua erat adolescentia mea
mala et nefanda · et ibam in iuuen
tutem · quanto etate maior tanto
uanitate turpior · qui cogitare ali
quid substantie nisi tale non pote
ram quale per hos oculos uideri so
let. non te tamen cogitabam deus
in figura corporis humani · Ex quo
audire aliquid de sapientia cepi ·
semper hoc fugi · et gaudebam me
hoc repperisse in fide spiritalis ma
tris nostre catholice tue · Sed quid te
aliud cogitarem non occurrebat.
et conabar te cogitare homo · et talis
homo summum et solum et uerum
deum · et te incorruptibilem et in
uiolabilem et incommutabilem
totis medullis credebam · quia ne
sciens unde et quomodo plane tamen
uidebam et certus eram id quod
corrumpi potest deterius esse · quam
id quod non potest. et quod uiola
ri non potest · incunctanter prepo
nebam uiolabili · et quod nullam pa
titur permutationem melius esse ·
quam id quod mutari potest · Cla
mabat uiolenter cor meum · aduer
sus omnia phantasmata mea · et hoc
uno ictu conabar abigere circumuo
lantem turbam immunditie ab
acie mentis mee · et uix dimota in
ictu oculi · et ecce conglobata rursus
aderat et irruebat in aspectum meum
et obnubilabat eum · ut quamuis
non forma humani corporis · cor
poreum tamen aliquid cogitare

cogerer per [illegible]
[illegible] mundo siue [illegible]
[illegible]fusum per infinita [illegible]
etiam ipsum incorruptibile et in
uiolabile et incommutabile · quod
corruptibili et uiolabili et commu
tabili preponebam · quoniam quic
quid priuabam spatiis talibus ni
chil michi esse uidebatur · Sed prorsus
nichil ne inane quidem · tamquam
si corpus auferatur loco et maneat
locus omni corpore uacuatus · et ter
reno et humido et aereo et celesti · sed
tamen sit locus inanis tamquam spa
ciosum nichil · Ego itaque incrassatus
corde nec michimet ipsi uel ipse con
spicuus · quicquid non per aliquanta
spacia tenderetur uel diffunderetur
uel conglobaretur [illegible]
tale aliquid [illegible] uel capere pos
set · nichil prorsus esse arbitrabar
Per quales enim formas ire solent ocu
li mei · per tales imagines ibat cor me
um · Nec uidebam hanc eandem in
tentionem qua illas ipsas imagines
formabam non esse tale aliquid ·
que tamen ipsas non formaret nisi
esset magnum aliquid · Ita etiam
te uita uite mee grandem per infi
nita spacia undique cogitabam pene
trare totam mundi molem et extra
eam quaqua uersum per immensa
sine termino · ut haberet te terra ·
haberet celum · haberent omnia ·
et omnia illa finirentur in te · tu
autem nusquam · Sicut autem luci so

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 44 b, fol. [2]v – Augustinus Aurelius, <i>Confessiones</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-50ma/10417/76207)